occultabat militaris habitus et clamidis obumbrabat aspectus.

SEBASTIANUS vir christianissimus ... sibus partibus ortus. Diocletiano et Maximiano imperatoribus ita carus fuit ut principatum primo cohortis ei traderent et suis eum conspectibus iuberent semper assistere. Erat enim vir totius prudentie. in sermone verax. in iudicio iustus. in consilio providus. in commisso fidelis. in interventu strenuus. in bonitate conspicuus. in universa morum honestate preclarus. R.

SEBASTIANUS dei cultor studiosus ... erat sub absconso clamidis sanctorum animas confortare spem promittens et gloriam consequi sempiternam. V. Deo igitur studebat reddere animas quas diabolus conabatur auferre. Spem promittens.

Hunc milites sacri palatii venerabantur. ii. hunc universi qui preerant palatio. carissimo venerabantur affectu. Erat enim verus dei cultor et necesse fuerat ut quem deus perfuderat gratia ab omnibus amaretur.

R. Sebastianus vir christianissimus quem occultabat militaris habitus et clamidis sue obumbrabat aspectus. V. Quem perfuderat deus gratia ab omnibus amabatur.

Christo cotidie sedulum exhibebat officium. iii. sed agebat quatinus hoc sacrilegis regibus esset occultum. nimirum non passionis perterritus. nec patrimonii sui amore constrictus. sed ad hoc tantum sub clamide terreni imperii christi militare rogabat absconditus. ut christianorum animas quas in tormentis videbat deficere confortaret et deo redderet animas quas diabolus conabatur auferre.

R. Erat namque in sermone verax in iudicio iustus in consilio providus in bonitate conspicuus in universa morum honestate